



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Dominica xiiij. post penteco.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

onem peccator loquitur, quādo linguam, quæ cō-
uicij & derraetionibus tortuosa fuerat, ad laudan-
dum deum, & exhortandum proximum commu-
tar. Sed quia post publicam pœnitentiam aliquis
non statim ad prædicandum prodire debet, bene
dicitur: [Et pœcepit illis ne cui dicerent.] Prius em̄
femetiptum curare debet, qui aliena uulnera uult
tergere. Vnde Apostolus, cum de ordinandis mini-
stris ecclesiæ loqueretur, ait: Non nuper conuer-
sum, non neophytum, ne forte elatus, in iudicium
incidar diaboli. Quem autem diurnitas tempo-
ris & perfectio pœnitentiæ idoneum reddit de fo-
uea peccati etiam alios extrahere debet, iuxta il-
lud quod in Apocalypsi dicitur: Qui audit, dicat,
Veni. Vnde & bene dicitur: [Quanto autem eis pœ-
piebat, tanto magis plus prædicabant, & eo am-
plius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit,
& surdos fecit audire & mutos loqui.]

1. Tim. 3.

Apo. 22.

DOMINICA XIII. POST PEN-
teosten. ad Galatas iij.

FRatres, Abraę dictæ sunt pmissiões &
semini eius. Nō dicit singulari numero. Ab-
raę dicta est pmissio & semini ei⁹. sed q̄a mul-
tæ pmissiões ad eum factæ sunt, tam de terra
re pmissiões, q̄ etiam de domino Iesu Christo,
ideo pluraliter dixit Abraę dictæ sunt pmissiões
& semini eius. Videamus & consideremus que
sint illæ pmissiões, si forte inueniamus aliqd de
nobis gētilibus ei pmissum. Prima pmissio fa-
cta est ad eū, quando eum uocauit dominus, pro-
mittēs ut si egrederetur de terra sua, futur⁹ esset in
gētem magnā, & dicens: Exi de terra tua & de eo

Gen. 12.

gnatione tua, & uade in terram quam monstraue
 ro tibi, & faciam te in gentē magnam. Deinde di
 xit ei. Benedicens benedicam tibi, & multiplicans **Gen. 22.**
 multiplicabo te. Et rursus: In semine tuo benedi- **Ibid.**
 centur omnes gentes. & patrem multarum genti **Gen. 17.**
 um posui te. Quod autem subiungitur, [**& semini**
eius] subauditur, dictæ sunt promissiones. Quan
 uis Apostolus specialiter semen Abraæ Christum
 intelligat, possumus tamen in simplici modo semen
 illius accipere Isaac filium eius, & Iacob nepotem
 suum, ad quos etiam repromissiones legimus fa-
 ctas. nam legitur in Genesi, quod dormiēte Iacob
 quodam loco, apparuit ei deus, dicen: Terram in **Gene. 28**
 q̄ dormis, tibi dabo & semini tuo. Dicamus modo
 & secundum Apostolum: Abraæ, inquit, dictæ sunt
 promissiones & semini eius. Quæ sunt illæ repro
 missiones, quæ dictæ sunt de Christo uel in Christo,
 quod in illo benedicēde essent omnes gētes? iuxta
 quod iam diximus, In semine, inquit, tuo benedicē
 tur omnes gentes. Semen ergo Abraæ, Christus est, **Matt. 23**
 quia Abraam genuit Isaac, Isaac Iacob, Iacob autē
 Judam, de cuius tribu & progeie assumpsit domi
 nus carnem in utero uirginali beatæ Mariæ, & p-
 cessit uelut sponsus de thalamo suo. ¶ Sed quæri- **Psal. 18.**
 tur quare omnes gentes dicantur benedici in Chri
 sto, cum adhuc omnes gentes nō credant in eum?
 Et nulli dubiū est, aliū nō mereri benedici, nisi q̄ fi
 dē eius habet. Quod duobus modis potest solui.
 Potest enī synecdochicos accipi, hoc ē, a toto pars,
 quia licet omnes non credāt, tamē ex omnibus gē
 tibus fidē eius habent: uel omnes qui benedictio
 nem merentur, in Christo benedicentur. Subne
 dit ergo Apostolus & dicit

Non dicit, & seminibus, quasi in multis
 sed quasi in uno, & semini tuo qui est Chri-
 stus. Non dicit, subauditur, Abraæ dictæ sunt pro-
 missiones & seminibus eius: sed in singulari nume-
 ro dicit, semini. uel non dixit scriptura, in semini-
 bus tuis benedicentur omnes gētes: sed in semine
 tuo, ut de Christo intelligamus dictum. Si enim di-
 xisset pluraliter, seminib⁹, fortasse diceret aliquis,
 contendēdo de Dauid & de alijs Iudæis esse dictū.
 Quodā loco dicit Hieronymus, qui omnes scriptu-
 ras sacras ueteris & noui testamēti sensu & memo-
 ria pagans, nusq̄ potuit inuenire semina plurali
 numero posita si de propagatione filiorū res agi-
 tur. Si uero ad sementē fructuū pertinet, inuenitur
 pluraliter positum, ut in Genesi habetur: Precepit,
 Gen. 77: inquit, Ioseph Aegyptijs, ut acciperēt semina,
 & seminarēt, ne forte terra redigeretur in nihilū.

Hoc autem dico testamentum confirma-
 tum a deo. Hoc autem testamentum, id est, illud
 promissum quod factum est ad Abraam, dico ego
 confirmatum esse a deo. Hunc uersiculum uario
 modo in suis scriptis distinguunt doctores. Qui-
 dam enim faciunt perfectam distinctionē ubi di-
 citur, a deo: quidam uero mediam, quod utrunq̄
 potest conuenire. Testamentum hic appellat, pro-
 missionem quæ facta est ad Abraam, quod in se-
 mine eius benedicendæ essent omnes gentes. Quo
 modo istud testamentum, uel ista promissio est
 cōfirmata? Natus est Christus ex uirgine de semi-
 ne Abraæ, prædicauit, fecit miracula, redemit ge-
 nus humanum sua passione, misit discipulos suos
 prædicare & baptizare: & completum est quod

promisit Abraæ, quando apostoli profecti prædicauerunt ubiq; ipso cooperante intantum, ut in omnem terram sonus eorum procederet, & in fines orbis terræ, fama nominis eius diuulgaretur. Tunc in semine Abraæ, id est, in Christo benedictæ sunt omnes gentes eo modo, quo superius diximus, & promissio eius ad impleta est.

Quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, uel data in monte Sina, [non faciet irritum,] subauditur testamentum, ad euacuandam uel ad destruendam promissionem Abraæ. Irrita res est, inanis & uacua. Verbi gratia, sicut solent esse folliculi grani frumenti aut ciceris, siue alicuius leguminis uel seminis. Lex ergo quæ data est filiis Israel post factam repromissionem ad Abraam, non facit uacuum & inane illud testamentum, ut illa euacuaretur. ¶ De hoc numero quadringentorum & triginta annorum, uario modo doctores disputant, per longas ambages & circuitiones colligentes. Sed non illa omnia succincte perstringentes, compendioso utamur exitu, computantes ipsos annos a uocatione Abraæ de terra Chaldæorum, usq; ad exitum filiorum Israel de Aegypto, hoc modo: A uocatione Abraæ de terra Chaldæorum, usque ad ingressum Iacob in Aegyptum, computantur anni ducenti quindecim, iterum ab ingressu Iacob in terram Aegypti, usq; ad exitum filiorum Israel ex ea, computantur similiter anni ducenti quindecim. Qui simul iuncti, complent numerum quadringentorum & triginta annorum, post quos data est lex, ex quo repromissio facta est ad Abraam. Dicendum est etiam, quomodo illud intelligendum sit, quod loquitur deus in Genesi ad Ab-

Gene. 15. **A**am Scito prænoscens quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua, se & affligent eos q̄s male tractabūt annis quadringentis. Narrat namque scriptura, quia post mortem Ioseph surrexit rex in Aegypto, qui ignorabat Ioseph, & cœpit affligere filios Israel. ¶ Sed sciendum est, quia quod dicit, peregrinum erit semē tuum in terra nō sua, ad omne tempus quadringentorum annorum est referendum: quia Abraam & Isaac atque Iacob in terra non sua peregrini & aduenæ fuerunt, & filij eorum longo tempore. Quod autem subiungit, seruituti eos subijcient, maleq; tractabunt annis quadringentis, ad extremam partem & ad ultimum quadringentorum annorum est referendū, in quo illi afflicti sunt, a morte uidelicet Ioseph, usq; ad egressionē illorū de Aegyptiaca seruitute.

Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abraæ autem per repromissionem donauit deus. ¶ Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. hoc est, si per legem data esset Abraæ hereditas terræ repromissionis, quam possedit in filijs suis, uel hereditas totius mundi, quam possidet in Christo, qui de semine eius natus est, iā non esset repromissio illa datio, sed lex. Hereditatem enim totius mundi Abraam in Christo possidet. Abraæ autem non per legem donauit deus hereditatem totius mundi, sed quod maius est, per repromissionem. Sive per repromissionem datum est semen, quod est Christus, in quo omnes benedicentur gentes. [Quid igitur lex?] Beatus Augustinus exponens hanc epistolam ad Galatas, primum ita distinxit: Quid igitur? Sed postea relegens quæ distauerat, correxit suum errorem in libro Recepta

Statuam, atq; ita præcepit distingui: Quid igitur
lex: id est, Vt quid uenit lex: aut quid fuit, uel qua
re data est, si Abrazæ hæreditas p̄ repromissionē da
ta ē: Ad hæc respondit sibi ipse Apostolus, in geus:

Propter transgressiones posita est, quoad
usque ueniret semen, id est, Christus, [Cui]
Christo uel semini [promiserat,] subauditur, qđ
in eo benedicendæ essent omnes gentes. Trans
gredi, est ultra ire & uariari. Ideo ergo data est lex
post repromissionem, ut homines compesceret et
prohiberet a peccatis, qui proni erant ad transgre
dienda præcepta omnipotentis dei & naturalē le
gē. Statim enim ut egressus est populus de erga
stulo Aegyptiorū, antequā transisset mare, mur
murauit. Rursusq; trāsito mari murmurauit, atq;
dum peruenissent ad montem Sina. Postquā autē
acceperunt decem præcepta, fecerunt caput bouis
quē adorabant Aegyptij, & inclinati sunt ante il
lud Pro talib⁹ ergo & huiuscemodi trāsgressiōibus
data est, ut talia prohiberet, dū minatur mortē illis.

Ordinata p̄ angelos in manu mediatoris,
hoc est, deposita & descripta atq; dictata ipsa lex
per angelum. Per subiectam siquidem creaturam
loquebatur deus ad Moysen, hoc ē, per angelum,
sicut Stephanus in Actibus apostolorum dicit In- Act. 7a
dax: Hic est Moyses, qui fuit in ecclesia in solitu
dine cum angelo, qui loquebatur ei in mōte Sina.
In manu mediatoris, id est, in potestate uerbi dei,
hoc est, filij dei, qui postea assumendo carnem, no
bis mediator factus est. Nisi enim hominem assu
meret, mediator nobis alio modo esse non posset.
Sed assumens carnem nostræ fragilitatis, nobis

Deu. 5.

mediator factus est, assistens tunc uultui dei pro nobis, & per illum nostras preces dirigimus ad deum patrem. Quidam uoluerunt interpretari, in hoc loco mediatorem Moysen, propter hoc quod ipse dixit, Ego sequester & medius fui inter deum & uos in tempore illo. Sed melius est, secundum beatum Augustinum, ut modo superiori intelligamus, referres illud ad Christum, cuius dispositione ipsa lex data est per angelorum ministerium. Sicut enim eius potestate predicta sunt oracula prophetarum, que dicebant, Verbum domini quod factum est ad Ioel aut ad Isaiam, ira eius dispositione conscripta est lex.

Mediator autem unius non est.

Mediator (subauditur, paritus) non potest esse, nisi inter duos aut inter plures ipse sit medius.

Deus autem unus est. Hoc ideo addidit Apostolus, ne quis putaret Christum ideo ab unitate diuinae naturae penitus esse diuisum, quia mediatoris suscepit officium. Licet enim ipse nobis mediator sit per humanitatem, tamen non est abruptus a natura diuinae paternitatis: sed ipse qui est uerus deus & uerus homo in una persona, ipse semper aequalis manet patri in natura & potestate diuinitatis.

Lex ergo aduersus promissa dei? Absit.

Nunquid ergo lex contraria est promissioni omnipotentis dei, quae facta est ad Abraam de Christo, quod in semine eius benedicenda essent omnes gentes? Absit. Non fiet istud, ut aliquis credat legem contrariam esse huic promissioni, ut illam euacuet.

Si enim data esset lex, quae posset uiuificare, id est iustificare, Anima quam diu non peccat uiuit deo: cum uero criminalibus peccatis se impli-

eat, moritur, iuxta illud: Anima q̄ peccauerit, ipsa morietur. Lex illa Mosaica nō poterat hominem ab hac morte suscitare, quia ostendebat peccata, non tamen tollebat. Impossibile siquidem erat, sanguine hircorum auferri peccata. Quod si posset hominem iustificare, & ianuam regni aperire, vere ex lege esset iustitia, hoc est, in lege putaretur iustificatio & mundatio peccatorum, & per legem putaretur esse exclusa promissio. Si em̄ lex posset nos mundare & iustificare, quid esset necessesse uenire Christum? Sed quia illa hoc non ualuit, ideo aduentus Christi nobis necessarius fuit.

Leze. 18.
Heb. 10.

Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Sed conclusit scriptura legis, omnia genera hominum & omnes Iudæos sub peccato, id est, ostendit quod nullus esset qui illam posset implere. Dicebat enim lex: Non occides, non adulerabis, nō facies hoc uel illud: quia si feceris, morte animæ morieris. Prædicebat ista cauenda: sed si committerentur, non tollebat. Et dū aliquis illam perpetrabat, ostēdebat illum lex esse peccatorem. Si ergo ostendebat peccata & nō tollebat, nunquid erat autor sceleris & culpæ peccātium? Minime, uerbi gratia. Sic erat ipsa lex, sicut quidam rex uel qualibet maieestas terrena, quæ statuit & proponit legem & edictum, ut si quis hoc uel illud fecerit, aut in carcerem truderetur, aut capite truncabatur. Transgreditur aliquis illud edictum, & ponitur in carcerem. Nunquid rex autor ē culpæ illius, quia præceptum statuit? Non. Sed ipse qui commisit, autor est suæ culpæ. Quod si in delibatur, gra

Exo. 20.

tia & pietas est regis. Ita & lex ostendebat peccata & prohibebat, sed tamen non intelligebat, ut promissio ex fide Iesu Christi, quæ facta est ad Abraam, daretur credentibus, ut in nomine eius benedicerentur omnes gentes, & in fide ipsius iustificarentur: esset quæ gratia & indulgentia ipsius, ut quos lex non poterat saluare, ipse redimeret: & qui per legis opera non eramus digni iustificari ac uiuificari, per eius fidem obtineremus.

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN. Lucae X.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: **Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Et reliqua.**



IN exordio huius lectionis quæritur, quæ dominus oculos se uidentium beatificet. Nunquid omnes oculi beati fuerunt, qui eum corporaliter uideri potuerunt? Nunquid beati oculi Pilati & Caiaphæ, & ceterorum qui eum uiderunt & crucifixerunt? Aut nunquid oculi Iudæ beati, qui eum uidit & tradidit? Nō. Alioquin & oculi

bestiarum & uolucrum beati esse possent. Sed beatos dicit oculos apostolorum, quibus se & patrem reuelare dignatus est, pro quibus superius patrem glorificauerat, dicens: **Confiteor tibi pater, domine cali & terræ, quia abscondisti hæc a sapi-**

Matt. 11.
Luc. 10.

entibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.
 Quod euidentur euangelista manifestare curauit,
 cum postea, quæ superius scripserat, adiunxit, di-
 cens: Et conuersus ad illos, dixit: [Beati oculi qui
 uident quæ uos uidetis.] illorum scilicet oculos
 beatos ostendens, qui hominem uidentes, deum
 crediderunt. Nam quid in illo homine spiritualibus
 oculis interius uiderunt, alibi ostendunt, cum re-
 quisi unius uoce respondent, dicentes: Tu es Chri-
 stus filius dei uiui. Et talis uisio, talisq; confessio **Mat. 16:**
 quod beatitudinem mereatur, ipse dominus ostendit,
 cum protinus respondit dicens: Beatus es Simon Bariona,
 quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus
 qui est in cælis. Neque hac beatitudine fraudabimur,
 qui cum corporaliter non uidimus, & tamen spiritaliter
 credimus, sicut cuiusdam se uidenti dixit: Quia uidisti me,
 credidisti: **Ioh. 20**
 beati qui non uiderunt, & crediderunt.

Dico enim uobis, quod multi reges & prophetae
 uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt:
 & audire quæ auditis, & non audierunt. ¶ Si reges
 iuxta literam accipimus, agnoscere possumus quia sancti
 reges, qualis fuit Daud, Iezechias & Iosias, uoluerunt
 uidere quod apostoli uidebant, sed non uiderunt. Sed
 quia rex a regendo nomen accepit, spiritaliter eos reges
 accipimus, qui quamuis sint paupertate tenues,
 tamen actus suos & cogitationes iuste regere & disponere
 nouerunt. De quibus per Salomonem dicitur: Cor regis in
 manu dñi. Unde bene alius euangelista pro regibus
 iustos posuit, dicens: Multi iusti & prophetae uoluerunt
 uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt. Sic enim
 amittit regiam potestatem, qui tyranni-

dē exercēs, nec se, nec sibi subiectos regere nouit: sic pauper & exiguus regis nomine cenētur, qui seipsum regere nouit bene. Quod Fortunatus bre uiter uersiculo comprehendit, dicens:

Pauper in occulto regnat habendo deum.

- ¶ Sed quæritur quare dominus dicat, [Multi reges & prophetae uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt,] cum Iacob patriarcha dicat, Vidi dominū facie ad faciē, & salua facta est anima mea.
- Gene. 32. Et Isaias, Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Et ipse Abraæ testimonium perhibeat, dicens: Abraam pater uester exultauit, ut uideret diem meum. uidit & gauisus est. Ioh. 8. Sed ad hoc dicendū est, quia aliud est figura, & aliud ipsa res quæ figuratur: aliud speculū, & aliud species. Sancti ergo prophetae per spiritum sanctū in carne prauiderunt deum futurum, sed corpora liter eum secum conuersantem, colloquētem, conuescentem, sicut apostoli uidebant, uidere desiderauerunt, sed minime uiderunt. Et ideo de præsentia sua corporali dixit: [Multi reges & prophetae uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & nō uiderūt.] Nam quantum antiqui sancti eum in carne uoluerint uidere, indicat uenerabilis Iacob, qui cum moriturus filios benediceret, ait: Salutare tuum expectabo domine. Et Isaias hoc desiderio ardebat, cū dicebat: Utinam dirumperes cælos & descenderes. Et Dauid eodem feruens amore, dicebat: Domine inclina cælos tuos & descēde. Hoc etiā æstua-
bat desiderio ille iustus Simeon in euāgelio, qui pro magnitudine sui amoris respōsum accepit, non uisurum se mortem, priusquam uideret Chri-
- Ge. 49.
Isa 64.
Psal 143
Luc. 2.

stum domini incarnatum. Et ecce quidā legis-
peritus surrexit, tentans illum, & dicens: Ma-
gister, quid faciendo uitam æternam possidebo?]
Fortassis legisperitus iste, ut ad tentandum domi-
num iurgeret, ex ipsius uerbis occasiōem sumpsit,
quibus superius discipulis dixerat: Gaudete quia **Luc. 10.**
nomina uestra scripta sunt in cælo. Voluit enim
scire, utrum & nomen suum scriptum diceret in ce-
lo: ideo tam solícite interrogat, quid faciendo ui-
tam æternam possideat. Sed quia imperite est lo-
qui, bonum non recta intentione proferre, legispe-
ritus iste imperite interrogasse cōprobatur: Quod
enim non recta intentione dominum interrogauit,
euāgelista manifestat cum dicit, [Surrexit ten-
tans eum.] Surrexit autem, nō solum corpore ad
interrogandum, sed etiam mentis elatione ad ten-
tandum. Quod ipsis suis aperit uerbis, cum hunc
non quasi dominum, sed quasi magistrū inquit,
dicēs: [Magister, quid faciendo uitā æternā possi-
debo?] Sed dñs quem occulta cordis nō fallunt, &
quem nulla latet cogitatio, ita suā responsionem
temperat, ut ad interrogationē scribæ respōdeat,
& a tēratore reprehēdi nō possit. Misit em̄ eū sta-
tim ad legē, quā in ore & nō corde gestabat, dicēs:

In lege quid scriptū est? Quomodo legis?
At ille, qd legerat, nec negare poterat, respondens
dixit: Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus ui-
ribus tuis, & ex om̄i mente tua, & proximū tuum
sicut teipsum.] Quā respōsionē, quia dominus
suā esse recognouit, protinus collaudauit, dicens.

Recte respondisti hoc fac, & uiues.

GG v

Sed interrogatio hæc scribæ magnâ nobis uti-
 litatem parit, si hoc quod respondit uerbis, serue-
 mus operibus. At enim: [Diliges dñm deum tuū
 ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni-
 bus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proxi-
 mum tuum sicut teipsum.] In quibus uerbis ostē-
 ditur, quia si uitam uolumus possidere æternam,
 debemus deum diligere non ex parte, sed ex inte-
 gro, toto corde, tota anima, totis uiribus, tota mē-
 te ut locus nullus remaneat uacuus, qui non dei di-
 lectione repleatur, sed mens, manus & lingua, ei-
 us dilectionem resonent. Vbi notandum, quia in
 dilectione dei mensura non ponitur, cum dicitur:
 Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo, &c.
 Quia enim immensus est deus, sine mensura est di-
 ligendus, ut cum malum eum diligimus, parum
 nos diligere fateamur. In proximi uero dilectiōe
 mensura ponitur, cum dicitur: Et proximum tuū
 sicut teipsum. Debemus igitur deum diligere plus
 quam nos, & proximum sicut nos, id est, sicut no-
 stræ necessitati uolumus subueniri, sic subuenia-
 mus & proximo. & sicut nostræ infirmitati uolu-
 mus compati, sic compatiamur & proximi: & sic-
 ut ad uitam uolumus uenire æternam, sic optem⁹
 nobiscum peruenire & proximum: & hoc est ue-
 re diligere proximum sicut nosmetipsos. ¶ Consi-
 derandum est autem in hoc loco, quia uere nō di-
 ligitur deus sine proximo, nec uere proximus sine
 deo. S. quis em̄ ita deum diligit, ut pximi curā ne-
 gligat, uel ita pximū diligit ut dei dilectionē post-
 ponat, non habere uerā dilectionē credendus est,
 Quod in diuina lege figuraliter demonstratur,

Exo. 25 qñ in orramento pontificis coccus bis tinctus po⁹

ni præcipitur. Quasi enim in ornamento pontificis coccus bis tinctus ponitur, cum in nostro opere di lectio geminatur. Sicut enim avis sine duabus alis ad alta sese sustollere non potest, sic nos ad perfectiõem venire nequimus, nisi duo præcepta principalia seruemus, dilectionem uidelicet dei & proximi, teste Iohanne apostolo q̄ ait: Si quis dixerit quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Et iterum: Qui nõ diligit fratrem suum quem uidet, deum quem non uidet, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo, ut qui diligit deum, diligit & fratrem suum.

1. Ioh. 4

Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Ergo est meus proximus? Erat enim de illis, de quibus dñs ait: Querunt gloriã hominũ magis q̄ dei. Sed dñs ita suã respõsiõnẽ tẽperauit, ut & se nobis pximũ p̄ misericordiã ostẽderet factũ eẽ, & pharisæo quẽ imitari deberet, declararet. Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones. Qui in scripturis literam sequuntur, congrue dicunt, quia dominus cum similitudinem uulnerati hominis poneret, recte hunc ab Ierusalem in Iericho descendisse commemorat. Si quidem ab Ierusalem in Iericho pergentibus rupes sunt magnæ & ualles concauæ, & loca latronum insidijs apta. Huius rei testis est Iosephus, qui multitudinem latronum ab Herode in eodem loco necatã esse narrat. Nos spiritaliter hunc hominẽ Adã cum stirpe sua intelligim⁹, q̄ bene de Ierusalem in Iericho descendisse dicitur: quia uisionẽ supernæ pacis amittens, in præsentẽ uitã miserijs

Ioh. 13

& ærumnis plenam decidit. Ierusalem quippe, uisio pacis: Iericho autem, luna interpretatur. Luna uero in sacro eloquio, humanæ fragilitatis defectum significat, quæ dum mensuris horis crescit & decrescit, nostræ calamitatis mutabilitatē exprimit, qui crescimus na scēdo, decrescimus moriendo. Tunc ergo primus homo de Ierusalē in Iericho descendit, qñ societate angelorū, cum quibus deum cōtemplabatur, relinquens, præsentis uitæ miseras expertus est. Latrones uero, in quos incidit, immundi spūs sunt, qui sedent in insidijs in occultis, ut interficiant innocentes. Ab horum insidijs orabat se liberari propheta cum dicebat: Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi, & a scandalis operantium iniquitatē.

psal. 140

Qui etiam despoliauerunt eum.

Despoliauerunt quippe eum, quia post pētr̄m ueste immortalitatis, qua uestitus erat, nudauerunt. Vnde & ilico cognoscentes se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.

Gene. 9

Et plagis impositis abierunt.

Plagas imposuerunt, qñ post inobedientiam genus humanum de paradiso expulsus, uarijs uicijs & peccatis uulnera uerunt. Abierunt autem, nō a tentatione cessando, sed non tantum quātum uoluerunt nocendo. Vnde & bene dicitur: [Semiuiuo relicto]. Quasi enim semiuiuus est, qui ex alia parte est uiuus, & ex alia mortuus. Semiuiuum ergo reliquerunt, quia ueste immortalitatis eū nudauerunt, sed spem redeundi ad ueniam, penitus auferre non poruerunt.

Accidit autem ut sacerdos quidam de

scenderet eadem uia, & uiso illo, præteriiuit. ¶ Sa-
cerdos iste, Aaron intelligitur in ordine suo, cui
honor sacerdotij legalis a deo cōcessus est. Et ipse
ergo eadem uia descendens, uidit hominem uulne-
ratū, & pertransiit: quia de eadē mortalitate natus,
intellexit genus humanū sub primæ p̄uariatiōis
peccato teneri, sed nec se, nec alios potuit liberare.

Similiter & leuita, cum esset secus locum
& uideret eum, pertrāsiit. ¶ Leuita ordinem signi-
ficat prophetarum: quia & ipse uidit hominē uul-
neratum, & pertransiit: quia intellexerunt prophe-
tæ sub uinculo primi reatus hominū genus esse li-
gatum, sed nec se, nec alios absoluere potuerunt.

Samaritanus autem quidam iter faciens, ue-
nit secus eum: & uidens eum, misericordia
motus est. ¶ Samaritanus, qui custos interpreta-
tur, dñm significat Iesum Christū, de q̄ per pphe-
tam dicitur: Nisi dominus ædificauerit domum, P^{sal.} 126
inuanum uigilant qui custodiunt eam. A quo se
custodiri optabat ille, qui dicebat: Custodi me do- P^{sal.} 16.
mine ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarū
protege me. Iste enim est ille custos cui p̄ Isaiam
prophetiā dicitur: Ad me clamat ex Seir: Custos Isa. 21.
quid de nocte? Ait custos: Venit mane, & nox. si
quæritis, quærite: cōuertimini, & uenite. Nam &
in euangelio, cū Iudæi impropere ei dicerēt:
Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, Ioh. 8.
& demonium habes? negauit se demonium habe-
re, sed non negauit se Samaritanum esse. Huius Sa-
maritani iter fuit de cælo in uterum, de utero in
crucem, de cruce in sepulchrum, de sepulchro ite-
rum in cælum, sed cū iter faceret, uenit sec⁹ uulne-

ratum, quando similitudinem nostræ carnis accepit. Videns autem uulnera eius, misericordia mortuus est: quia quod nos de perpetua morte liberauit, & quod pro nostra redemptione deus homo factus, usque ad nostram humanitatem se inclinauit, totum misericordia fuit, & non meritum, quod in

Psal. 102 spererat, propheta cum dicebat: Misericordia autem domini ab eterno, & usque in eternum super timeentes eum.

Et appropinquans, alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum. Vulnera alligauit, quoniam peccare prohibuit. Siue uulnera alligauit, quoniam penitentibus ueniam repromisit dicens: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Et iterum: Non est opus sanis medico, sed male habentibus. Et recte dicitur, [Infundens oleum & uinum.] Hæc enim duo liquamina (ut medici ferunt) curandis uulneribus sunt apta: quia uinum purgat, oleum fouet. Spiritualiter autem dominus quasi plagis uulnerati uinum infudit, quoniam asperitatem penitentibus indixit. Oleum infudit, cum penitentibus suauiter ueniam repromisit. Quasi uinum infudit,

Matt. 3. cum dixit: Penitentiam agite. Quasi oleum, cum adiunxit: Appropinquabit enim regnum celorum.

& 4.

Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Iumentum hic, immaculatum domini significat corpus. Quasi ergo uulneratum hominem iumento imposuit, quoniam per sacram passionem sue carnis, nos dominus a peccatis liberauit. Vnde bene iumentum dictum est quasi adiumentum, quia inde nostram infirmitatem iuuat, quod, pro nobis passionem carnis sine peccato sustinuit, sicut per Petrum dicitur. Peccata nostra ipse protulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiam uiamus, cuius liuore sanati sumus. Hoc etiam iuxta

1. Pet. 4.

aliā enāgelij parabolā significare uoluit, qñ errātē
 onē inueniēs. humeris suis imposuit, & sic reporta *Luc. 14.*
 uit ad gregē. Positū aūt hoīem uulneratū in iumē *Mat. 18.*
 to, duxit in stabulū, qā redemptū genus humanū
 duxit ad ecclesiā. Hac cū spiritualiter stabulū dici-
 tur, ubi quōdie sancta aīa lia pabulo diuini uerbi re-
 sciuntur, ubi iuxta Isaiā pphetiā, accubat lup⁹ cū *Isa. 11.*
 agno, & bos cum leone paleas comedit.

Et altera die ptulit duos denarios, & dedit
 stabulario.] Altera dies, tēpus est post dñi resurre-
 ctionem. Quasi cū una dies fuit ante passionē, &
 altera post resurrectionē. Duo denarij, duo testa-
 menta, nouū & uetus, siue duo pcepta charitatis, di-
 lectio i. dei & proximi. Tunc enim duos denarios
 dedit stabulario, quādo duo testamenta siue duo
 pcepta charitatis, primū apostolis, deinde se quaci-
 bus eorum (id est, magistris ecclesie) docendo tra-
 didit. Quānam autem dominus de nostra salute
 curam habeat, manifestat cum adiungit:

Et ait illi: Curam illius habe.

¶ Quasi enim curam uulnerati hominis habendā
 stabulario inunxit, quando in psona omnium pa-
 storum specialiter Petro dixit: Si diligis me, pasce *Joh. 21.*
 oues meas. Cui recte in premio promittitur:

Et quodcunq; super erogaueris, ego cum re-
 diero, reddā tibi.] Superogat qppe stabularius, qñ
 hoc agit homo doctor ex uoto, quod nō accepit
 ex pcepto. Quod fecit Paulus apostolus, quando
 habens licentiam, ut euangeliū annunciās, de eua-
 gelio uiueret, noluit uti hac potestate, sed die p̄di-
 cabat, & noctibus laborabat, unde sibi suisq; uictū
 & uestimentū tribueret, Samaritanus cū redierit,

quod supererogauit, reddet ei, quando in iudiciū ueniens, pro maiori labore prædicationis, maiorem retribuet retributiōem, dicēs fidei seruo: *Eu-
ge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fi-
delis, supra multa te constituā, intra in gaudiū do-
mini tui.* Finita autē similitudine, interrogationem scribæ dominus pulcherrime conclusit dicens:

Quis horum triū uidetur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?] Ille uero quod negare non poterat, & quod euidentissima ratio demonstrabat, respondit: Qui fecit misericordiam in illum. Cuius responsionem dominus cōfirmat, adiungens: Vade, & tu fac similiter. Ac si diceret: Sicut Samaritanus alienus natione, proximus factus ē uulnerato homini charitate, ita & tu omnem hominem proximum tuum iudicans, omnia bona quæ potes, quibuscunq; uales impēde, & implesti utiq; charitatē, quæ ad uitā ducit æternā.

**DOMINICA XV. POST PEN-
tecosten. ad Galatas V.**

Fratres, Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis, &c.

DE hac lectione diuersi doctores nō æqualiter sentiunt, dicentes quidam de spiritu hominis locutum esse hic Apostolū, sicut Cassianus uir prudentissimus in Collationibus patrū: quidam de spiritu sancto, ut beatus Augustinus: quod utrunq; non incongrue neq; contra rectitudinē fidei accipi potest. Dicamus igitur iuxta Cassianum: [Spiritu ambulate.] id est, spiritu ducente uiuite. Quid est ergo spiritus hominis? Principa